

Universitätsbibliothek Wuppertal

Svidae historica caeteraque omnia, que ulla ex parte ad cognitionem rerum spectant

Suida <Fiktive Gestalt>

Basileae, 1581

Z

Nutzungsrichtlinien Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.

Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-313](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:468-1-313)

arte varia cōfectum. In medio habuit
 meluti stellam, totam auream: utrinq; bi-
 nos smaragdos, quorum uterq; senas tri-
 bus Israeliticis insculptas gerebat, Ada-
 mante inter utrunq; interiecto. Sacer-
 dos igitur Deum aliqua de re interroga-
 turus, colligabat ephod in pallio, in me-
 dio pectoris, & infernè manus suppone-
 bat: ita reperiebatur in palmis eius pla-
 cula instar tabulæ, & in ephod intuens ro-
 gabat Deū. Quòd si Deo interrogatio
 placuisset, statim fulgurabat adamas, e-
 missisq; radijs lucebat. Sin displicuisset,
 suo loco manebat. Si uerò Deus popu-
 lum occidendum daturus erat, sangui-
 neus: sin peste afflicurus, niger fiebat.

EPHRATA, Bethleem: Hebraicè Ma-
 riam significat.

Ἐφυγον κακὸν, εὐρὸν ἀμεινον.) Effugi mala,
 & inueni meliora. De ijs quorum res in-
 melius mutantur. Moris enim Athenis
 fuit, ut puer, cuius uterq; parens uiueret,
 in nuptijs uersaretur, spinasq; cum glan-
 dibus & uannū panib. plenā ferēs, dice-
 ret: Effugi mala, & inueni meliora: muta-
 tionem in melius significās. Nam coro-
 nā ex spinis & glandibus malū dicebāt.

Ἐξέμυθος.) Cū primis taciturnus erat,
 & occulti animi: sed ad prouehendā uir-
 tutem & * comœdiam minuendam to-
 to pectore intentus.

Ἐχνηὶς ἢ ναυκεράτης.) Echeneis, seu nau-
 rates. Remora, pisciculi genus nō escu-
 lenti, magnitudine gobij, quaternis pin-
 nis, quo quidā ad amatoria pocula, nō
 nulli ad iudicia utuntur. Nomē ex eo tu-
 tum, quòd currentibus nauib. adhærescat.

ΕCΗΕΤΥS. Homerus: Mittā eum ad
 chetum regē, mortalium omniū pestē:
 qui & nasū & aures infesto ere amputet.

Ἐχέτω.) Aristophanes:

Teneat uentos tranquillus ether,
 Nec fluctus maris resonet glaucus.

Ἐχε.) Habet uir mulierem: habetur &
 uir à muliere.

Ἐχέει τί; ἢ ῥεὶ ὄφιν, ἢ ἰχθυῶν.) Habes ne ali-
 quid? Aut serpētē, aut piscē. De piscan-
 tibus, uenātibus & aucupātibus dicitur.

Ἐχίνος τὸν τόνον ἀναβάλλει.) Erinaceus par-
 tum differt. De ijs quibus mora incom-
 modat. Erinaceus enim quo diutius par-
 tum differt, eo magis à spinis foetus sui
 pungitur in enixu.

Ἐχινος.) Φυγεῖν πρὸ ζάλης τὰ τῆς ζάλης: Tē-
 pestatē fugito ante tempestatē. Prouer-
 bium. πρὶν δύο ἔχινος εἰς Φιλίαν ἔλθοιεν, ὁ μὲν
 ἐν πλάγῃ, ὁ δὲ ἐν χέρσιν; Prius inter duos

echinos conueniet, terrestrem & mari-
 num. De dissimilibus.

Ἐχίς.) Vipera, sola ex serpentibus non
 oua, sed animal parit.

Ἐχθρον.) Sophocles: Nihil magis inui-
 sum est malo cōsilio. Hisce ego legibus
 non uiuam.

Ἐχθροῦσαι.) Inimicitias intercessisse fe-
 runt inter scarabeum & aquilam, ex eo
 quòd alter alterius oua dissipasset.

Ἐχθρῶν ἄδωρα δῶρα, καὶ ὀνήσιμα.) Sopho-
 clis Ajax: Abeo ad lauacra, & maritima
 prata, ut piaculis meis lustratis grauem
 deæ indignationem uitem. Ac progres-
 sus in solum aliquem locum, Occulam
 gladium hunc meum, telum inimicissi-
 mum, Effossa terra, ubi à nemine conspi-
 ciatur: Sed cū nox & Orcus infernè ser-
 uent. Ego enim ex quo munus hoc ab
 Hectore in manus sumpsi: nihil mihi à
 Græcis honoris est habitū. Verūm enim
 est mortaliū prouerbium: Hostiū dona
 non esse dona, neq; utilia. Proinde in po-
 sterum sciemus dijs cedere: sciemus &
 Attridas uenerari. Principes sunt. Itaque
 honori cedendum. Nam & atrocissima
 & robustissima quæq; honoribus (id est
 magistratibus) cedunt.

Ἐχθροῖς σωμέσθην εἰς καταλλαγὴν φέροι.)
 Cum inimicis edere, affert reconcilia-
 tionem. ἀνεροκερικόν.

Ἐχοντίας.) Tridui cōmeatū in bellū affer-
 re iuebant duces, è publico dari solitū.

Ἐχόντων μὲν ἔν ὡς ἔχουσιν ἑκάστω, καὶ ὡς πῆ
 ἑκάστω φίλον κερνέτω.) Ita quisq; sit ut est,
 & suo quisq; iudicet arbitratu.

INITIVM LITERAE Z.

Ζαγρεὺς.) Zagreus, infernus Bacchus,
 Iouis & Persephones filius.

ΖΑΛΕΥCΥS, Locrensis Thurius, Py-
 thagoricus philosophus & legis lator:
 obiit pugnans p̄ patria. Prius fuit seruus
 & pastor: sed accuratè institutus, leges
 tulit ciuibus suis inter quas & illa fuit, ut
 mulieres in forū p̄deutes, ingenuæ qui-
 dem cū suis cognatis & una pedissequa
 cādidas, reliquæ uarijs uestib. induerent.
 Ζάλλω.) Plato de Republica: Puluerē
 & grandinem fugientes uēto iactatam,
 sub muro subsistunt.

ΖΑΜΟΛΧΙS Scytha, Pythagoræ ser-
 uus, ut tradit Herodot⁹ in IIII. reuersus
 in patriā, docuit animā esse immortalē.
 Mnaseas autem ait, apud Getas coli Sa-
 turnum, diciq; Zamolxim. Hellanicus
 uerò scribit, Græcum fuisse, qui Getis
 Thracensibus Initia demonstrārit: dixitq;

Malum cōs-
 siliū.
 Aquila &
 scarabeus.

Hostilia do-
 na caueto.

Serò sapiē
 Ajax.

Honores.

Explicatio
 somnij.

Cōmeatus.

Vestitus mi-
 lierum.

Zamolxis.
 Saturnus.

ritq; neq; se moriturum, neq; sectatores suos, sed ab omni parte beatos fore.

Zamolxis
dis com-
mentum.

Quæ cum effaretur, struxisse simul domicilium subterraneum. Deinde subito in Thracia nusquam comparuisse, desideratum à Getis. Quarto autem anno cum rursus prodijset, Thraces omnia illi credidisse. Quidam eum Pythagoræ Samio, Mnesarchi filio, seruisse tradunt, ac libertate donatum, ista commetum esse. Sed diu ante Pythagoram uidetur fuisse Zamolxis. Terizi & Crobizi credunt animorum immortalitatem, & mortuos ad Zamolxim ire tradunt: quem rediturum esse aiunt, idq; semper uerum esse putant. Itaq; sacrificant & conuiuantur, quasi defunctus sit rediturus.

Terizi.
Crobizi.

ἡ Ζάμολξις.) Zamolxis deæ nomen.

Ζανὸς ἐλασπηθεὶς.)

À Iouis infesta mēbra ligante niue Cōpulsus.

Ζαωπιδής.

Stesichorum, ingēs & immensum os Musarū, Sepeljt Catana fuliginosum solam.

Monstrum
hominis.

ZERCON, Scytha dictus, Maurusius genere, deformitate corporis & balbutie ridiculus. Breuis erat, gibbosus, distortis pedibus: naribus ita depressis, ut nasus inter eas uix appareret. Aspari Ardaburio in Libya donatus, captus est, Barbaris Thraciam inuadentibus, & ad Scytharum reges adductus. Ac Attila quidem nec aspectum eius tulit. Bledas autem eo supra modum delectatus est, cum non solum ridiculè loqueretur, sed & ambularet, magnificeq; incederet. Itaq; conuiujs & expeditionibus intererat, armis ridiculis instructus: Bledæ adè charus, ut cum Romanos fugitios secutus esset, neglectis ceteris, istum omnistudio inquiri iuberet: adductumq; in uinculis conspicatus, riserit. missaq; ira, fugæ causam quæsierit, & qua gratia Romanorum res meliores suis iudicaret? Is uerò respondit, se non rectè fugisse: sed peccati eius fuisse causam, quod sibi uxor nõ daretur. Itaq; Bledas maiore etiã cum risu despondet ei mulierẽ nobilem è Regina ministris, sed ab eius ministerio ob facinus quoddam exclusam. Sic perpetuò cum Bleda uixit. Post obitum uerò eius Attila Occidentalium Romanorum duci Actio, Zerconẽ dono mittit, qui eum ad Asparem remisit.

Attila.
Bledas.

Facinorosa
desponsa
monstro.

Sic uerum est
in ory yz...

Pontis con-
ficiendorũ
ratio.

ἡ Ζάμολξις.) Romani facillimè pontibus flumina sternunt, ut in quo milites non secus atq; alia in re bellica subinde exercentur, tum in Istro & Rheno, tum in Eu-

phrate. Est autem ratio, quam non omnibus existimo esse notam, huiusmodi. Latæ naues sunt, quibus iungitur fluuius. Recedunt autem sursum nonnihil supra eum locum, quem iuncturi sunt: datoq; signo, unam primam nauem dimittunt, quæ secundo flumine iuxta suam ripam feratur. Quæ ubi ad locum ponte iungendum peruenerit, stoream saxis plenã in flumen conijciunt, funi alligatam instar anchoræ: quo deuincta nauis in ripa consistit, tabulis & iuncturis, quarum rerum copiam uehit, (περὶ χεῖμα μέγιστος δαβάσεως) subito usq; ad excensum cõstrata. Deinde aliam paululum ab illa dimittunt, & mox aliã, donec in aduersam ripam perduxerint iuncturam. Nauis uerò ea quæ ad hostes accedit, etiã turres habet, & portam, & sagittarios, & catapultam fert. Cum autẽ multa tela in stratores conijcerentur: Cassius tela & catapultas immitti iubet. Sed primo Barbarorum agmine deiecto, succedunt alij.

Ζῆλος.)

Iugo mulorũ aut bouum lecticæ bisellio simili iuncto, accersunt sponsam, & è paternis edib. benè uespero curru imponit, in sponsi domũ ducit: sponsa in medio collocata, hinc sponso, inde amico aut cognato honoratissimo & charissimo assidentib. quẽ πρὸς ἑσπερινὸν dicit, quòd iuxta sponsam & sponsum uehatur.

ZEVXIPPI statuas descripsit Christodorus, poeta heroicus.

ZEVXIS, optimus pictor, *Isocratis tempore: qui in æde Veneris Cupidinem pulcherrimum, rosis ornatum, pinxit.

Ζεὺς.) Iouis simulacrum tradunt sedere, nudum supernè, infernè tectum, lœua sceptrum tenens, dextra porrigens aquilam. Ac sessio quidem potentie firmitatem innuit: nuditas superiorum, quòd conspicuus sit intelligentibus & caelestibus mudi partib. Cætera teguntur, quòd Deus humi repẽtib. est ignotus. Sceptum in læua, significat potestatem. Aquila altera manu extẽta, notat, eũ spiritibus in aere uersantib. imperare, ut aqilas uolucris.

Ζεὺς κατὰ εἰδὸς ἑρῶνιος εἰς τὰς διφθέρας.) Iupiter tandem diphtheras inspexit. Prouerbiũ, de ijs qui uel facinorũ pœnas dant, uel beneficiorũ remunerationẽ consequuntur. Prouidentia enim esse tradit: & Iouem, quæ fiant, omnia pellibus inscribere, ac tandem eas euoluere.

Ζεὺς κλήσιος.) Iupiter opulentus, collocatur in conclauius & ararijs, ut diuitiarum dator (πλετοδοτής.)

(Ζηλοποιία) Viue, incende ignem. De
 ijs quæ agre fiunt.
(Ζηλος) Zelus, æmulatio, boni alicuius
 cupiditas, sine ulla inuidia in animo exi-
 stens: ueluti, Præditus es fortitudine? æ-
 mulor uirtutem tuam hoc est, idem adi-
 pisci bonū studeo, tibi nō inuidēs, sed &
 ipse uir fortis esse uolēs. Appianus: Den-
 tatiū æmulatione uirtutis sequebat̄ mul-
 tudo delectōrū iūuenū ad DCCC, ad
 omnia faciēda paratorum. Itaq; Sena-
 tui grauis erat in concionibus.
(Ζηλοτυπία) Zelotypia, æmulatio uiri, ex
 suspiciōe cōtra uxore, suspicio in aliū lu-
 xuriosum. Iamblichus: Primo certamine
 defuncti sumus, aggrediamur & alterū.
 etenim opportunē exercitati sumus.
(Ζηλῶν) Sophoclis Ajax filiolo Eurysa-
 ci: Tenunc ob istud fortunatum iudico,
 quod nihil horū malorū sentis. In nihil
 enim sapiēdo, suauissima uita est. Ac nō
 sapere, malum est, ualde doloris expers,
 donec gaudere & dolere discas.
(Ζηλοσύνη) Herodotus: Quorum si quis
 apud nos uite rationē emulari conetur:
 nihil o rectius habebit ijs, qui cicutā aut
 aconitum aut helleborum hauserint.
(Ζηλοπάτης) Zelotæ apud Iudæos, legis
 obseruātes: quos Ananus in tēplo con-
 clusit, imposito præsidio assidens.
(Ζηλωτάτης βίον ανθρώπων διέξεις.) Ari-
 stoph. Vitam ages omniū beatissimam.
(Ζηνοβίος) Zenobius sophista, Romæ do-
 cuit sub Adriano Cæsare, Scripsit epitomē
 puerbiorū Didymi & Tarræi, libris
 111. Salustij historici Romāi scripta Græ-
 cè uertit, & * quæ eius Tela uocātur: Ge-
 nethiacū Adriano Cæsari, & alia edidit.
(Ζηνοδοτός) Zenodotus Ephesus, uer-
 bificator & grāmaticus, Philetæ discipu-
 lus, sub Ptolemæo primo, primus Home-
 ric corrector, bibliothecis Alexandrinis
 præfectus, & filiorū Ptolemæi p̄ceptor.
ZENODOTVS, Alexandrinus gram-
maticus, * in urbē uocatus ad ea quæ ab
Aristarcho in poeta improbant̄. Scri-
psit aduersus Platonem, de dijs: de Ho-
merica cōsuetudine: Solutiones Home-
ricarum dubitationū: in Hesiodi Theo-
goniam, & alia multa.
ZENON Teleutagoræ Eleatæ filius,
tēporibus Pythagoræ & Democriti uici-
nus (fuit enim Olympiade LXXVIII)
discipulus Xenophanis aut Parmenidis.
Scripsit (ἐπιτάσεις) cōtentiones: enarratio-
nē uersuū Empedoclis: aduersus philo-
sophos de Natura. Hūc aiunt inuentorē

fuisse Dialecticæ, ut Empedocle Rhetorica. Sed cū uel Nearchum uel Diomedem Eleæ tyrannū pellere uellet: captus, ab eoq; rogatus, linguā suam præmorsam in os tyranni expuit: & in mortarium cōiectus, tundendo cōtritus est.
 Zenon Musæi filius, Sidonius, philosophus Stoicus, discipulus Diodori cognomēto Saturni, * magister & ipse Zenonis Cittiei: scripsit apologiam Socratis, & Sidoniaca.
 Zenon, Mnaseæ seu Demij filius, Cittiens (Cittiū uerò urbs Cypri est) Stoicæ disciplinæ autor. Stoici autē cognomētum tulit, quod in porticu doceret Athenis, quæ primūm Pysiana cœta, deinde à picturis *πικίλη*, id est uaria dicta fuit: Cratetis Cynici discipulus, deinde Polemonis Atheniensis. Obijt nonagenarius, cibo subiūde abstinens, donec inedia deficeret. Huic oraculum cōsultenti, qua ratione optimē uicturus esset? responsum ferunt, εἰ συγχερωτίχοιτο τοῖς νεκροῖς: hoc est, si mortuis cōcolor fieret: uel, si mortuorum consuetudine uteretur: id est, si scripta ueterū legeret. Cognomēto Phœnix dictus est, quod id oppidulū Phœnices incolas haberet. Floruit sub Antigono Gonata, Olympiade cxx. Proverbium, Zenone continentior: ob summā eius in uictu frugalitatem. Noua hīc philosophiæ autor fuit. Superauit enim oēs genere doctrinæ & grauitate, atq; etiam profectō beatitate. Obijt morborū expers, & sanus perpetuò.
 Zenon * Citticus: orator ne an philosophus, dubiū. Scripsit de statibus, de figuris, cōmētarios in Xenophōtē, in Lyfiā, in Demosthenē, de Epiche rematib.
 Zenō Dioscuridæ filius, Tarsensis, aut Sidoni⁹ philosoph⁹, discipul⁹ Chryssippi Tarsēsis philosophi Stoici, & successor.
 Zenon Alexandrinus, homo Iudæus, qui publicè genti suæ nunciū remisit: albo asino, per eorum synagogam sabbatho, ut apud eos receptum est, traducto. Fuit hic Zeno natura bon⁹ & æquus, sed tardior in eloquētia & disciplinis: semp quidem aliquid discere cupiens, & rogans quod ignoraret. Nam & difficilimē percipiebat: & quæ uix tandem perceperat, facilimē obliuiscēbatur.
 ZENO alius, Procli tēporibus, Pergamenus, ingenio & ipse ad discendū tardiore: sed bonus, pbatisq; morib. Vter autem eorum Salustio causam dissidendi à Proclo dederit, dicere non habeo.

Dialectica
 Rhetorica
 Occisus à tyranno.

Stoicorum nomen à loco.

Zenonis obitus.

Mortuorum consuetudo uita beatissima.

Zenone cōtinentior.

Zenone Stoicæ philosophiæ autor.

Zenonis optm.

Albi asini per Synagogam traductio.

Homo stius aptiar quibus Scholæ.

Dissidium Procli.

ZENON imperator, audita clade suorum, in castellum, quod populares Constantinopolim uocabant, in tumulo situm, confugit. Quo cognito, suis cū gemitu: Homo igitur, inquit, Dei ludibriū est, cum & me sic ludificari uisum sit numini. Vates enim cōstanter affirmarunt, oportere me Iulio mense Constantinopoli esse. Ac ego me in urbē fore putavi: nunc & destitutus ab omnibus, & exul, in hunc tumulum ueni, inuēta miser appellatione cōsimili.

ZENO Romanorum imperator, nō eādē fuit crudelitate qua Leo, neq; ita inexorabili iracundia, & multis in rebus animo fuit splendoris & gloriæ cupido: multaq; quō admirationi esset, p ostentationē potius quā uerē & ex animo faciebat. Sed nec rerum gerendarum peritus erat: nec ea scientia prāditus, quā regna tutō gubernantur. Lucri autē atq; emolumenti non ita furenter appetens, ut Leo: nec crimina in possessōres commiscens, nec tamē prorsus alienus ab auaricia. Ac bonam gubernationē Romani sensissent, nisi Sebastianus, tum in aula potentissimus, illum quōuis suo arbitratu impulisset, uelut in foro cauponans omnia, nec sine precio quicquam in regia sinens confici. Nam & magistratus uendebat omnes, precio tum sibi reseruato, tum Imperatori cōmunicato. Quōd si quis accessisset, qui paulū quiddam adijceret: is prāferebatur. In toto deniq; palatio nihil erat rerū omnium, quod uenale non esset. Quōd si Zeno magistratum aliquem suis familiaribus contulisset, ipse mancipis instar eum ab illis redemptum, pluris uendebat alijs, Zenoni furta prābens.

Sebastianus
deprauator
Imperatoris.

Omnia uenalia.

Filius Zenonis.

ZENO Romanorum imperator, filiū suum admodum adolescentem, imperij successorem relinquere cupiens, & dignitatibus ornabat, & corpus exercere iubebat ad staturæ incrementum. At imperatorij proceres, potestātē nacti fisci affatim exhauriendi, curabant ut adolescens Sybaritico luxu corrumpetur, & lenocinio suo ad insanos eum amores æqualium incitabant. Itaq; uitæ rationē ad uoluptatem & superbiam comparata, ab omni honestate remotus, & iam tum arrogantiam, ob expectationē imperij, è uultu elucentem, præ se ferens: sublimis incedere, & erigere ceruices cœpit, ac (paucis ut dicam) erga omnes non aliū se prābere, quā aduersus ser-

uos. Verūm inspector omnium rerum, & natiua & edocta eiꝝ improbitate perspecta, ita illum multauit, ut alui profluuiō multos dies sine sensu lectum inquinans, immatura ætate rebus humanis eximeretur.

(Ζησαι.) Vixisse bis aiūt, & reuixisse Herculem, Tyndareum, Glaucum: quidam etiam Aescopum.

(Ζητηται.) Quasitores, magistratus quidam Athenis, certis temporibus creati solitus, si quando rempublicam lædentes inquirendi erant: aut ij deferēdi, qui pecuniā ciuitati debitam nō soluerant.

(Ζητων γδ οψον, σοιματιον απωλεσα.) Dum obsonium quæro, uestem perdidit. De infelicissimis,

(Ζει χυτρα, Ζη Φιλια.) Feruet olla, uiuit amicitia. De ijs q cœnæ causa sunt amici.

(Ζω.) Sophocles: Non tuus ego seruus sum, sed Apollinis.

(Ζωα.) Animantes sursum habere capita dicuntur, omnino nō respectu reliqui corporis, sed quōd in ijs sit motionis initium. Cum igitur animalia pleraq; ac penē omnia prona terram spectent, ut caput ne posterioribus quidem partibus sit eminentius: tamē superiores eorum partes dicuntur esse caput, & uicinæ capiti. Sic in stirpibus circumcirca sunt rami & folia: sed si motionis spectetur initium, maiorq; necessitudo: sursum quidem sunt radices, deorsum rami: eaq; de causa proportione capiti, atq; etiam ori respondent. Per eas enim, tanquam os, alimentum suppeditatur, & deriuatur in corpus.

(Ζωη.) Vita, conseruatio, & mansio rerum. Vita & uiuere, multis dicitur modis: hoc est, cum multæ sint animæ facultates, per quas uita innascitur: plures etiam sunt per eas uitæ, & ipsum uiuere ueluti secundum mentem, secundū sensus, & cætera. Quare cui uel unum horū inest atq; adest, id uiuere dicitur, quāuis & sensu & loco motiua & reliqs careat. Itaq; & stirpes alendi prāditæ ui, uiuere quidem dicuntur: esse animalia non dicuntur. Quapropter ut cursores dicuntur, non ij qui utcunq; currunt, sed qui uehementer & concitatius currūt: sic & animalia dicuntur, quæ uita sunt nō quæ licunq; sed euidentiore prāditæ.

(Ζωη πιβη.) Dolij uita. De ijs qui tenuiter humiliterq; uiuunt. Sumptum à Diogene philosopho, cui dolium iucundissimum fuit domicilium.

ZOYLVS Amphipolitanus (urbs au-
tem Macedoniae est Amphipolis, olim
Nouem uia dicta) cognomento Home-
romastix, quod Homerum derideret. Qua
propter Olympiae spectatores eum de-
* Scironijs rupibus praecipitem egerunt.
Ac orator ille quidem fuit, & philoso-
phus: sed & grammatica quaedam scripsit
contra Homerum: Poeseos lib. 9. histo-
riam ab ortu deorum usq; ad obitum Phi-
lippi. Libros tres de Amphipoli, & con-
tra Isocratem oratorem, aliaq; plurima,
in quibus fuit & Homeri uituperatio.

Ζωμεν. Plato in Hippias, de ijs qui non
suo arbitratu uiuunt: Agimus, inquit, non
ut uolumus, sed ut possumus.

Ζώναι. Zonae in terra sunt quinque: Se-
ptentrionalis ultra Arcticum circulum,
inhabitabilis ob frigus: temperata: com-
busta: altera temperata: Australis, inha-
bitabilis ob frigus.

ZONAEVS scripsit amatorias episto-
las, & de ludo pilae. Circumferuntur &
aliae eius epistolae rusticae, sed (cum eo
genere non consentiunt) ab eius stylo
dissentiant.

ZONA tropice pro facultate capitur,
quae cincti ad rem gerendam sint expeditiores.
Ζώνη καπεσαι, πινυ οδον λυει τεχ. Cingu-
lum dissectum iter cito soluit. **ονειροκριτικον.**

Ζωοδοτης. Qui omnibus uitam imper-
tit, bonus Deus.

Ζωος γρηση κρομμυς μόνος λαβων. Reui-
uiscens, cepa modo accepta. De ijs qui
paruis est rebus magnam gloriam capiunt.

Ζωων. Viues matri tuae manifesto pbro
es: Et ualidae Sparta patriam iura soluis.

ZOPYRVS Persa, in regis sui gratiam
lagris caesus, nasoq; & auribus a semet-
ipso mutilatus, Babylonem est ingressus:
fidemq; nactus ob cladem corporis, ur-
bem prodidit.

ZOROASTRES Persomedus, sapien-
tia superior astronomis, primus autor
recepti apud illos magorum nominis.
Bellum Troianum antecessit annis D. Cir-
cumferuntur eius libri IIII de natura. De
gemmis, I. Predictionum ex inspectione
stellarum, libri V.

Zoroastres astronomus, sub Nino re-
ge Assyriorum, precatus est, ut igne coe-
lesti absumeretur: ac monuit Assyrios,
ut suos cineres conseruarent. Sic enim re-
gnum eis semper esse permanens. Et
quidem etiam nunc ab eis asseruntur.

ZOROMASDRES, Chaldaeus sapiens,
scripsit mathematica & physica.

Ζώσας. Sophocles: Peritorum consilij
euentus etiam maxime uideo respondere.

ZOSIMVS, Alexandrinus philoso-
phus, scripsit **χυμωτικα**, id est de fusione:
ad Theosebiam sororem ordine Alpha-
betico lib. 28. a quibusdam inscribuntur **χει-
ρομηματα**, id est manualia: & Platonis uita.

Zosimus sophista, Gazæus uel Asca-
lonites, temporibus Anastasij Imperato-
ris, scripsit oratoriam dictionem ordine
Alphabetico: commetarium in Demo-
sthenem & Lysiam.

Ζωσμοα. Romanorum ferentarij singuli
saga habebant, & cinctum in femoribus.

Ζυγομαχεν. Hesiodus: Duos boues
mares IX annorum fac habeas. Nam hi &
robusti sunt, & inter se non dissentiunt.

*Boues ius
gales.*

Ζυγος. Iugum in re militari, multitudo
eorum qui sese circumstant.

Ζυγος. Lex in sacra Scriptura iugum di-
citur, & Christus: Tollite iugum meum,
quia commodum est, & onus meum leue.

Legis iugum.

Ζυγω. Viros inermes, exutos, singula-
tim turpiter sub iugum miserunt.

Ζυθος. Zythus, uinum ex hordeo.

Ζύμη. Ferunt a sexta hora decimae quar-
tae diei mensis, signo tuba dato, omnem
panem fermentatum, si quis Hebraeis su-
peresset, cremari solitum.

Azyma.

INITIUM DIPHTHON-
gi EI.

ΕΙ **ιδ.** Pisides: Utinam Perfidis extin-
cta esset audacia.

ειθεοδα. Speluncae Nympharum irri-
guae, tantum aquae stillantes in curuum
hunc puteum.

ειδεα. Plato diuersis nominibus eadem
utitur de re. Ac ideam uocat **ειδος**, formam
seu speciem & genus, & **παράδειγμα** exem-
plum, & **αρχην** principium, & **αίτιον** cau-
sam, & id quod neque moueatur neque ma-
neat, & idem & unum & multa. Et uicis-
sim, unum nomen diuersis rebus accom-
modat. ut **Φαυλον** significat simplex, facie-
le, probum: ut Euripides in Licymnio, de
Hercule: **Φαυλον ακομψον, πα μεγατ' αγαθον**
πασαν εν εργω σοφίαν περιτιμνοντα: Simplicem,
inornatum, maximis in rebus bonum,
omnem sapientiam factis constringen-
tem. Interdum pro malo, uili, uulgari, quo-
libet. Plato de animo: **Re**, inquit **Cebes**,
haud magni momenti queris. **Φαυλον περα-
γμα**. Idem: Res erit scilicet non contem-
nenda, nec paruum uirtutem requiret.

*Platonis di-
ctio.*

ειδη. Principia formarum seu specie-
rum dicebant Pythagorei monadem &
dyadem & triadem, quod ab unitate usque
ad

*Numeri Py-
thagoreo-
rum.*